



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 101. Bartholomæi Camerarii fata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

§. CI.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1564.*Bartholomæi Camerarii fata.*

Eodem hoc anno Scriptorum nonnullis pariter mors calamos excusserat, quos inter præcipui erant Bartholomæus Camerarius, Thomas Campesgius, & quidam alii, de quibus mentionem faciemus. Ex his Bartholomæus Camerarius Beneventi Italiæ urbe in Neapolis Regno natus quædam opuscula dogmatica in modum Dialogorum conscripsit, quæ Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, & sequenti Parisiensibus literis excusa prodierunt: porro ex iis primum, quod elucubrabat, opus erat tractatus de gratia, & libero arbitrio contra Calvinum, cujus varietates in hoc argumento præprimis exponit, liberumque arbitrium definit, quod sit hominis dominium in suas actiones, quia illius naturam consistere existimabat in contrarietatis indifferencia: dum autem affirmabat, quod gratia efficiat, ut bonum operemur, simul propugnat, quod voluntas agat, eligat, bonumque voluntarie velit: insuper concedebat, quod homo semper consentiendi, vel non consentiendi facultatem habeat, quamvis eum gratia determinet, & sine ea necessarium auxilium, ad bonum actu operandum,

Y 4

randum,

Sæcul. XVI.  
A.C. 1564.

randum, non habeat. Præterea idem  
Scriptor tres composuit Dialogos deo-  
ratione, jejunio, & Eleemosyna, quos  
Dianæ Pictaviensi Valentinæ Ducissæ  
nuncupabat: scripsit etiam de Prædica-  
tione dialogum, duosque alios de  
Purgatorio tractatus Romæ Anno mil-  
lesimo quingentesimo quinquagesimo  
septimo impressos præter quoddam con-  
siliium, quod circa matrimonium dabat,  
atque anno Christi millesimo quinger-  
tesimo quinquagesimo secundo typis ex-  
cudebatur. Denique posteris quasdam  
juris decisiones reliquit, mortuusque  
est Neapoli Anno Domini millesimo  
quingentesimo sexagesimo quarto. Ce-  
terum hunc Auctorem in Patrum, ac  
Theologorum Doctrina versatissimum  
fuisse apparet, quamvis autem in suis dia-  
logis dictione simplici, ac minus fucata  
utatur, argumentum tamen de gratia, &  
libero arbitrio cum magna subtilitate  
pertractat.

## §. CII.

*Thomæ Campegi obitus.*

*Bumald.*  
*Bibl. Bonon.*  
*Trupin Bibl.*  
*des Aut.*  
*Eccl. t. 16.*  
*pag. 73.*

**D**ie undecima Januarii ejusdem Anni  
Thomas Campegius, qui ejusdem  
nominis Cardinalem Fratrem habuit,  
Romæ anno ætatis suæ sexagesimo  
quarto naturæ debitum solvit. Is Bo-  
noniæ in Italia natus celebris cujusdam  
Juris-